

## DE AUTORITATE

bacratione, non sine preclaro omine; ab augustā  
hāc indigatione, augustam ipsius fore fidem, in-  
nueretur. Vnde plusquām nugatoria, pontificij  
illius cavilli deprehenditur futilitas hoc potissi-  
mum nomine Confessionis hujus nostrae inscriptio-  
nem sive titulum exagitantis, quod Augustae de-  
mūm nostra nata sit religio.

Anno  
1521.  
Sleid.l.3.

8. Oblata fuit autem Confessio ijs temporib-  
us, quibus vix ullum unquam extitit periculoflu-  
us: tūm ob diros Romani Pontificis anathematis-  
mos, quibus & Lutherum & doctrinam Evange-  
lij puriorem universam, pro ea, quā tūm valere  
putabatur, potestate, devoverat: tūm ob Impe-  
riale illud decretum, quo novennio antē in Comi-  
tīs VVormatiensibus, proscriptionis sententia in  
Lutherum dicta promulgataq; fuerat: adeò ut  
non tam ipsius Lutheri, quam omnium fidelium  
vitā & salute, Θνή ξυργάκημης, in acie nova-  
culæ tūm constitutā, nihil quicquam sperandum  
videretur aliud: quam ut vix conspectā aug-  
ustatā Evangelij suavitate, pristino Romane  
captivitatī jugo irretiretur Ecclesia.

9. Incredibilis ergo animi magnitudinis &  
divinæ planè constantiæ uerit pīssimus ille zelus,  
sanctissimi herois, Electoris Saxonis IOHANNI-  
NIS, qui operi huic patrando dux & autor pri-  
mus omnium existens, preter filium IOHAN-

NEM